

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

strabit, & petentibus non negabit. *Hilarius in Ps. 125. T. 2. p. 283. A.*

## RHYTHMI GERMANICI.

Wenn du in Irthum steckst dem Lehr-  
rer höre zu/  
Der uns von Gott gesand / der uns  
bringt Trost und Ruh/  
Der Wort des Lebens hat. Wenn dieser  
Lehrer lehret/  
So fällt der Irthum hin / der zweiffel bald  
auffhöret.

IN DIE Bb. APOSTOLORUM PHILIPPI  
& JACOBI.

Ex Joh. XIV. 6.

*Jesu! Quum morior Vita es: quum devius erro  
Es Via: quum dubito, nil nisi Ver a doces.*

## ORACULUM SACRUM. XXIX

1. Joh. V, 20.

## TEXTUS GRÆCUS SACER.

Οίδαμεν ὅτι ἡσὸς τῆς ἡμετέρας καὶ ἐδωκεν  
ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γνωσκώμεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν  
καὶ ἔσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ ἡμῶν αἰσθῆσι

εἶπεν. Ἐπὶς ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Ἰησοῦς καὶ ζῶν αἰῶ-

*Versio Vulgata.*

Scimus quod filius DEI venit & de-  
lit nobis sensum, ut cognoscamus verum,  
& simus in verò, in filio ejus JESU CHRISTO.  
Hic est verus DEUS & vita aeterna.

*Versio B. LUTHERI.*

Wir wissen daß der Sohn Gottes  
kommen ist/ und hat uns einen Sinn  
gegeben/ daß wir erkennen den Warhaf-  
tigen/ und seind in dem Warhaftigen/  
in seinen Sohn JESU CHRISTO/ dieser  
ist der warhaftige Gott und das ewi-  
ge Leben.

N O T A.

1. Ἀληθινός ille (cui adjectivo editio Verò-  
nensis non malè addit substantivum Ἰησοῦς) De-  
us Pater est, *contra Erasmus.*

2. Idem vocabulum h. l. tribuitur Christo,  
& quidem cum articulo, qui articulus ex adver-  
sariòrum observatione semper notat verum  
DEum. Et quamvis hæc observatio sæpè fal-  
lat & vocabulum Ἰησοῦς cum articulo quandoq̄  
etiam

sciam θεοῖς λέγομένοις adscribatur, uti videre est Act. VII. 43. c. XIV. II. 2. Corinth. IV. 4. tamen. h. l. est verissima. E. Christus est verus DEO quo ad naturam & essentiam, *contra Arianos & Pbotini anos veteres pariter & recentiores, existimantes, Christum non esse, ἀληθινὸν θεὸν φύσει, sed κατὰ πρόσωπον propter dona divina ipsi data in tempore.* Vid. Cateches. Racov. c. 1. p. 39. Infit. Ostorod. & Disput. ejusdem Anti-Tradel. Socin. contra Wujek. Disput. & Erasmi Johann. cum Fausto Socino.

3. Demonstrativum εἶπερ heic non ad remotius Deum patrem, sed ad proximè præcedens filium scil. DEI JESUM Christum referendum esse, evincimus, tum ex textu: tum ex Apostoli scopo, qui est veram Christi descriptionem tradere: tum ex locis Parallelis, in quibus non solum demonstrativum εἶπερ ad proximè præcedens à D. Johanne refertur, sed & prædicatum τὸ ἀληθινὸν θεὸν κατὰ τὴν ζωὴν αἰωνίαν, difertè Christo tribuitur. De Demonstrativo vid. Joh. I. 2. 7. 30. 1. Joh. I. 2. & cap. V. 6. 2. Joh. v. 9. De Prædicato vide 1. Joh. I. 1. 2. cap. V. 11. 12. Joh. I. 2. 4. & hæc nota *contra eosdem, demonstrativum εἶπερ non ad proximè præcedens filium DEI, Dn. nostrum JESUM Christum, sed ad remotius DEUM patrem referentes, uti ex Socino* CONTRA

contra Bellarm. & Wujek. cap. 5. argum. 72. Et  
 in comment. 1. Epist. Joh. cap. 5. p. 516. videre  
 est.

4. Christus h. l. dicitur vita æterna, vita, quæ  
 ab initio & æterna fuit v. 11. & 12. vita, quæ e-  
 rat apud Patrem. E. Filius DEi fuit ab æterno.  
 contra eosdem.

5. Dicitur autem Christus vita æterna non  
 proprie ac proprie, sed per Metonymiam effe-  
 cti, s. Metalepsin, quia est janua, clavis, & causa  
 vitæ æternæ, eamq; suò ad patrem abita nobis  
 acquisivit.

6. Christus est vita æterna h. l. & cap. I. 3. est  
 resurrectio & vita Johan. XI. 15. est autor vitæ  
 Act. III. 15. imò habet claves mortis & inferni  
 Apoc. I. 18. E. semetipsum à morte excitare po-  
 tuit, contra Socinianos, negantes, Christum pro-  
 pria virtute à mortuis resurrexisse. Vide Fau-  
 stum Socin. in Disput. cum Erasmo Johan. p. 117.  
 Smalcium Resp. ad nova Monstr. p. 190. Cate-  
 chis. Racov. cap. XI. Sed hunc errorem no-  
 tavi supra in Enucl. Oraculi XXXI. nota 4. idem  
 nunc sequantur.

#### PATRUM TESTIMONIA.

Jamne animadvertis easdem voces de  
 Patre & Filio proferri, æqualiter Filio ac Patri  
 Deitatem imputantes? Ut enim de Patre dixit  
 (Joh :

(Joh. 16. 13.) Hæc est vita æterna, ut cognoscat  
te solum verum DEum: Ita & hæc de Filio d  
cit: Hic est verus DEus & vita æterna. Sic  
*Athanasius in Disput. contra Arium in Nicen  
Concil. habita T. 3. oper. p. 705.*

Christus VIA est in exemplo: VERITAS  
in promisso: VITA in præmio, sic *Bernhardus  
serm. 1. de Ascens. Domini*: Christus VIA est con-  
versationis sanctæ: VERITAS doctrinæ divi-  
næ: VITA beatitudinis sempiternæ Sic *Leo  
Serm. 2. de Resurrect. Dni. cap. 1. p. 70. A.*

Ambulare vis? Ego sum VIA. Falli non  
vis? Ego sum VERITAS. Mori non vis? Ego  
sum VITA. Hoc dixit Salvator tuus: non est  
quod eas nisi ad me: non est quæ eas nisi per me  
*Sic Aug. tract. 22. in Joh. T. 9. col. 1195. D.*

Jesu suscipe nos, quasi VIA: confirma  
quasi VERITAS: vivifica, quasi VITA: pande  
illud bonum, quod videre desiderabat David  
habitans in domo Domini, adeoq; dicebat  
Quis ostendit nobis bona Ps. 4. Sic *Ambros. lib.  
de Bono Mort. c. 12. T. 1. p. 274. D.*

Esu! wenn ich bin tod/so bist du doch mein  
Leben:

Esu! wenn mein Fuß wackelt/ so leitest du  
mich eben:

Jesus! wenn Zweifel künmt/ so ist  
doch dein Wort wahr/  
Nimm allen Zweifel weg/ und bleib  
immerdar.

Ex v. 8. & 9.

*eadem Patris, Natig, essentia & indē,*

*Qui Natum ternit, cernit & ille Patrem.*

## ORACULUM SACRUM. XXX

*Job. X. 30.*

TEXTUS GRÆCUS SACER:

*Εγώ καὶ ὁ πατήρ ἐν ἑομέν.*

*Versio Vulgata:*

ego & Pater unum sumus.

LUTHERUS.

Ich und der Vater seynd eins:

N O T Æ.

i. Celeberrimum hoc Salvatoris oraculum  
ravisimè conspirat cum præcedaneo Johanneo

S

neoj